



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

Quòd vigilantì animo nos esse, ac salutem nostram curare oporteat. cap.
C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A expers iacet humi abiecta ancilla. Non herus ad eam animum adiicit, non hera eam ^{visi-}tum ser-
 tat. Quòd si etiam quandoque ipsi ad egram accedere necesse sit, haudquaquam vt pari ge-
 nere ^{uorum} tam inuisit, sed toruo eam oculo intuetur, atque aspero sermone alloquitur: natura ni-
 mirum, ob superbia tumorem, cognationem suam inficiente. Quid? An non Scripturas le-
 gitis? An nescitis quid sanctus Dauid dicat, Sicut oculi seruorum in manibus dominorum ^{ra nulla}
 suorum, sicut oculi ancilla in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum ^{afficiun-}
 nostrum? Hac similitudine fac commonearis: time quæ scripta sunt: morbo laboranti opem ^{tur.}
 affer. Saluator primum homo non erat: Verum cum Vni genitus Deus esset, tamen homi-
 num causa homo fieri sustinuit. At tu, cum homo sis, contribulem tuum, tanquam disparem
 reuicis, atque eiusdem tecum generis naturam misericordia prosequi recusas: ac, cum brutū
 B animal claudicat, ob vsu tuum ipsius curam geris: cum autem famulus tuus, animal ra-
 tione præditum, in morbo versatur, susque deque id habes, neq; ipsius cura aliqua afficeris.

Quòd vigilanti animo nos esse, ac salutem nostram curare oporteat.

C A P. C.

N E D E D E R I S somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ ^{Pro. 6.}
 tuæ: Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu au-
 cupis. ^{Eccl. 9.}
 Sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo compre-
 henduntur: sic homines capiuntur in tempore malo, cum eis
 extemplò superuenerit. ^{Eccl. 13.}
 C Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo: quoniam cum
 subuersione tua ambulas. Omni vita tua dilige Deum: & inuoca illum in salute
 tua. Attende tibi ipsi, ne cadas.
 Qui stat, videat ne cadat. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pu-
 gno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, & in feruitutem redi-
 go: ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. ^{1. Cor. 9.}
 Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tanquã leo rugiens, ^{1. Pet. 5.}
 circuit quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide.
 D Tu verò vigila in omnibus, labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum ^{2. Tim. 4.}
 imple.

Super occultos laqueos fac perpetuò sublimior incedas: ne alioqui, dormiente te, malum ^{Nat.}
 semen admisceat malorum & ariorum sator, atque inuidus hostis.

Bini negatur (finis hic) modis Deus,
 Sermone, Vita, sedulus fraudem caue.
 (Nam Marte recto iugiter lacefferis.)
 Lustris opus sit ne tibi nouissimis.

In Tetraff